



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XLIII. De his qui pro fide ab infidelibus persecutio[n]es pa[ci] sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

Distinctio. 93.
Presbyteri
qui per.

ANNO
CHARL
396

Presbyteri , qui per dioeceses ecclesias regunt ,
non a quibuslibet episcopis , sed a suis ; nec per iu-
niorem clericum , sed aut per seipso , aut per illum
qui sacrarium tenet , ante Paschæ solennitatem
chrisma petant.

X X X V I I.

Distinctio. 93.
Diacon. ita
sc.

Diaconus ita se presbyteri , vt episcopi mini-
strum nouerit.

X X X V I I I.

Ibidem.

Vt diaconus , præsente presbytero , eucharis-
tiam corporis Christi populo , si necessitas cogat ,
iussus eroget.

X X X V I X.

Ibidem.

Vt diaconus quolibet loco , iubente presbyte-
ro , sedeat.

X L.

Ibidem.

Vt diaconus in conuentu presbyterorum in-
terrogatus loquatur.

X L I.

Ibidem.

Vt diaconus tempore oblationis tantum velle-
ctionis , alba vtatur.

X L I I.

Clericum inter tentationes officio suo incu-
bantem , gradibus sublimandum.

X L I I I.

Christianum catholicum , qui pro catholica fi-
de , & pro ecclesiastica re , & Christiana religione
tribulationes patitur , honore omnia sacerdotibus
honorandum. Etiam & per diaconum ei victus
administretur.

ANASTASIUS^V
P. I. CARTHAGIN. IV. ARCADIUS² IMP. P. 543
HONORIUS³

ANNO
CHRISTI
398.

Hunc Canonem peruersti codices ita habent : Christianum catholicum , qui pro catholica fide tribulationes patitur , omni honore a sacerdotibus honorandum , etiam in quotidiani victus ministerio.

X L I V.

Clericus nec comam nutriat , nec * barbam.

Alias , * barbam tondeat : ita in libro Gemblacensi. Alias , barbam radat , additur in libro Gandensi sancti Bauonis , titulo : Statuta ecclesiæ antiqua. Pleraque autem exemplaria non habent , Radat , vel tondeat : vt sit sensus , clericu nec comam nec barbam nutrientiam.

X L V.

Clericus professionem suam & in habitu & in ^{Dicit. 42.} incessu probet : & nec vestibus , nec calceamentis ^{clericus} ^{professus} decorem quærat.

X L VI.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet.

X L VII.

Clericus per plateas & andronas , nisi certa & maxima officii sui necessitate , non ambulet.

X L VIII.

Clericus , qui non pro emendo aliquid in ^{Dicit. 91. clericus quilibet.} nundinis vel in foro deambulat , ab officio suo ^{bet.} degradetur.

X L IX.

Clericus , qui absque corpusculi sui inæqualitate ^{Ibi. cle. viit.} vigiliis deest , stipendiis priuetur.

L.

Clericum inter tentationes ob officio suo de- ^{Ibid. cle. quilibet.} clinantem , vel negligentius agentem , ab officio suo remouendum.

L I.

Clericus , quantumlibet verbo Dei eruditus , ^{Ibidem.} artificio victum quærat.

* artifi-
cio ho-
neste vi-
ctum &
vestitum.